



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diaconia S. Agathae in Svbvra

Martinelli, Fioravante

Romae, 1638

Cap. VIII. De Reliquijs & Indulgentijs Diaconiae S. Agathae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11177

LXXV.

sensu Ptolemæi Gallij tunc temporis
Card. Titularis concessit Congregatio-
ni Montis Virginis Ecclesiæ S. Agathæ,
vt eidem in diuinis Monachi deserui-
rent: Quos Paulus V. anno 1611. Ab-
batis regimini subesse iussit.

In Conf.
Regimèni
Pont. an. 8.

C A P. VIII.

De Reliquijs & Indulgentijs
Diaconiæ S. Agathæ.

PRæter SS. Agathæ & Sebastiani Re-
liquias à S. Gregorio sub ara maxi-
ma, vt creditur, locatas, & alias in San-
ctæ Agathæ facello per Ludouicum
Card. Beneuentanum conditas, vt ex
inscriptione supra docuimus, Sanctæ
quoque Iustinæ Virg. & Mar. pede de-
coratur. Hunc (cum Paulus V. Pont.
Max. eiusdē S. Iustinæ corpus ad Mon-
tis Virginis Monasteriū transferendum
do-

400

LXXVI.

donasset) Michael Angelus Card. Ton-
tus Congregationis Protector argēto
crure inclusit, deditq. in hac Diaconia
venerandum.

Indulgentiarum thesauro abundē
quidem fuisse ditatam insignem hanc
ædem crediderim; at in tanta rerum
obscuritate quid certi reperire non da-
MS. in Bib.
Vat.
tur: Vnus adeſt Baptista de Brunelles-
chis Monachus Vallumbrosanus, qui
plures insignia Ecclesiarū Reliquias
anni 1514. enumerans, hæc inquit.
Itē in Ecclesia S. Agathæ Virg. & Mart.
omni die sunt anni 3000. Indulgentiarū.
Et licet nō explicet, an in Subura aliò-
ve loco sit ea, de qua loquitur, Eccle-
sia, censeo de nostra intellexisse, tum
quia post S. Pudentianæ templum illam
recenset, tum quia nulla insignior tunc
temporis D. Agathæ reperiebatur Ec-
clesia.

Gregorius XIII. omnibus peccatorū
con-

LXXVII.

confessione expiatis, ac sacra Communione refectis, qui à primis Vesperis ad diei occasum, quo B. Agathæ memoria repetitur, hanc Diaconiam adirent, in eaque preces funderent, plenariam omnium peccatorū remissionem perpetuò indulxit.

C A P. I X.

Diaconi, Titulares, seu Comendatarij S. Agathæ.

I. **O**DERISIVS ex COMITIBVS Marforum
Monachus & Abbas Casinensis
à Nicolao Secundo Diac. Card. S. Agathæ
creatus: Ad Titulum presbyteralem
translatus Diaconiam dimisit sub
Urbano II. Hic genere nobilis, sapien-
tia præclarus, ac vitæ sanctitate conspi-
cuus appellatur à Matthéo Laureto: In-
terfuit consecrationi Casinensis Eccle-
siæ

1059.
14. Martij